



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

25. Dies Septemb. Charitas est, quam fides concipit, ad quam Spes currit,
cui profectus omnium bonorum servit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

25. DIES SEPTEMB.

Charitas est, quam fides concipit, ad quam
currit, cui profectus omnium bonorum le-
Castianus super Psal.

Charitas. I.

Hic tandem est montis, quem
scendimus, vertex, quia Cha-
ritas est virtutum omnium ap-
Est filia fidei: Sed de qua dici potest illud Poë-
matre pulchrâ filia pulchrior. Omnes virtutes vel
ipsa, vel ex ipsa: ideoque vel illam cingunt,
Dominam pedissequæ, vel serviunt ut Regiæ
mulæ. Quidquid ad ejus commendationem duxerit
minus est quàm meretur dici. Itaque manum ab hac
sacra tabula admoveo, & illius laudandæ prome-
ciam D. Zenoni magno Charitatis præconi commu-
to: (a) Charitas non quenquam pro persona diligit, qui
adulari nescit: non pro honore, quia ambitiosa non est,
pro sexu, qui illi unus est ambo, non pro tempore, qui
varia non est. Non emulatur, quia invidia quid sit, igno-
rat: non inflatur, quia humilitatem colit: non malis
cogitat, quia simplex est: non irascitur, quia etiam in-
rias libenter amplectitur: non fallit, quia fidem ipsa custo-
dit: non ulla re indiget, quia ei præter quod est, nihil
necessarium. Hæc rura, urbes, ac populos composita pax
conservat. Hæc circa Regum latera, securos gladios facit.
Hæc bella premit, lites tollit, jura evacuat, fora com-
pescit, odia eradicat, iras extinguit. Hæc mare penetrat,
urbem circuit, commercia nationibus necessaria submini-
strat.

(a) Serm. de Fide, Spe, Charit.

II. Potentiam ejus cito edicam. Quidquid locis natura
negaverit, Charitas reddit. Hac conjugalis affectus, Deos,
homines, Sacramento venerabili, unam cogit in carnem.
Hujus est munus, quod chara uxor, quod generosi liberi,
quod veri sunt patres. Hujus est munus, quod alii ut nos, vel
plurquam nos proximi, vel amici sunt nobis. Hujus est mu-
nus quod diligimus servos, ut filios, ac illi nos colunt liben-
ter, ut Dominos. Nihil est prorsus quod sine hac gra-
tia, pacificum, securum, fidele, perfectum sit. Pri-
mum est dilectionis munus, Deo refundere, quod nati
sumus, solique debere quod vivimus: nihilque prorsus in
cordis nostri penetratibus retinere, quod alieno jure serve-
mus. O Charitas! quam pia, & opulenta, ô quam po-
tens! nihil habet, qui te non habet: Tu Deum in ho-
minem commutare valuisti: Tu eum breviatum paulisper
ab Majestatis suae immensitate peregrinari fecisti. Tu vir-
ginali carcere novem mensibus relegasti. Tu Evam in
Mariam redintegristi. Tu Adam in Christo renova-
sti. Tu sacram Crucem in salutem, perduto jam mun-
do providisti. Tu mortem, Deum mori docendo, va-
cuasti, Tuum est quod cum occiditur Deus, Dei om-
nipotentis Filius, nullus irascitur de duobus.

III. Tu populi caelestis animam tenes, cum ornas
pacem, fidem custodis, amplecteris innocentiam, ve-
ritatem colis, patientiam diligis, spem representas. Tu
diversos homines moribus, etatibus, ditione, ex una
natura, unum spiritum, unum efficis corpus Tu Mar-
tyres gloriosos Christiani nominis confessione, nullis tormen-
tis, nullâ novitate mortis, nullis praeiis, nullis minis, nul-
lis affectibus separari permittis. Tu ut nudum vestias, nuda
esse, contenta es. Tibi fames, saginatio est: si panem tuum

inops esuriens comederit, tuus census est, totum in misericordiam habere, quod habes. Tu sola rogari non potest. Tu oppressos vel cum dispendio tui incunctanter eripis, in qualibet necessitate constitutus. Tu cecorum oculus, tu peccatorum. Tu scutum fidelissimum viduarum. Tibi oculi nunquam siccos esse, aut misericordia permittit, aut gaudium. Tu tuos ita diligis inimicos, ut inter eos, carosque tibi, quid distet, nemo discernat. Tu inquam celestia humanis, humana celestibus jungis arcana. Tu Divina confidis. Tu in Patre imperas, in Filio obtemperas, in Spiritu Sancto exultas. Tu cum in tribus una sis, nullo pacto divideris, nulla humana curiositatis calumnia commoveris. Tu paterno fonte in Filio tota refunderis, & tamen tota ubi refunderis, nec recedis. Recte Deus diceris, quia Trinitatis personam sola convertis. Hæc Zeno ex abundantia confidis in laudem Charitatis. Quantis, Dei amans, cummulatur beneficiis, quantis occupatur negotiis! ut merito exclamet Poeta de quovis, sed maxime Dei amante.

O Deus in quantis animus versatur amantis.

26. DIES SEPTEMB.

Si nobis animum boni viri liceret aspicere, o quam pulchram faciem, quam Sanctam, quam ex magifico placidoque fulgentem, videremus? Seneca Epist. 115.

Virtutis I.
Pulchritudo.

QUæ Romani Philosophi, eadem & mens est Romani Oratoris. (a) Facies honesti, si oculis cerneretur, mirabiles amores excitaret sui. Quid mirum cum idem

[a] Cic. de finib. 75. Tusc. 236.